

Puellam  
am gravi  
Cum  
ara natio  
que cibo,  
epositam  
ut, ut ex-  
ltro illis  
ar mor-  
ctam in  
sedulo:  
se; bap-  
mortuam,  
ociorum  
ene for-  
ous, pri-  
arorum,  
e fuit, in  
venerat;  
popula-

rium testimonio, ceteris longè præstans  
animi robore, belli scientia, cliente-  
larum multitudine, & gloriosi clari-  
tudine cognominis; quippe Magni  
Imperatoris titulum publico suffragio  
consecutus. Hunc obtinebat locum  
Membertous inter Souriquios, qui Aca-  
diam, circa ostia Laurentiani amnis,  
incolunt. Ejus filium difficili ægritu-  
dine conflictatum P. Biardus invisit.  
Miratur nihil triste in tugurio; non  
planctum, non flebiles nœnias: imo  
epulum, choream, & duos tresve canes  
alligatos. Quærit quid hæc sibi velint.  
Respondent juvenem brevi esse mori-  
turum, amicos vocatos: illis epulum  
parari: funebrem choream postea du-  
cendam: canes, quos videbat, interfi-  
ciendos, placandis mortui Manibus.  
Exclamavit Pater nequaquam ista